Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



143
~~179~~
180

tatis tuae in his quae dicta sunt in in domum dei ibimus ℣ Fiat
pax in virtute tua et habundantia in turribus tuis ℣ Alleluia ℣ Lau-
date dominum omnes gentes ℣ collaudate eum omnes populi Matheus zz
In illo tempore accesserunt ad iesum pharisei et interroga-
vit eum unus ex eis legis doctor tentans eum
magister quod est mandatum magnum in lege
aut illi iesus Diliges dominum deum tuum ex toto corde
tuo et in tota anima tua et in tota mente tua Hoc
est maximum et primum mandatum Secundum autem
simile est huic Diliges proximum tuum sicut te ip-
sum In his duobus mandatis universa lex pendet et
prophete Congregatis autem pharisaeis interrogavit eos
iesus dicens Quid vobis videtur de christo cuius fili-
us est Dicunt ei David Ait illis Quomodo ergo
david in spiritu vocat eum dominum dicens Dixit do-
minus domino meo sede a dextris meis donec po-
nam inimicos tuos scabellum pedum tuorum Si ergo
david vocat eum dominum quomodo filius eius est
Et nemo poterat respondere ei verbum neque ausus fu-
it quisquam ex illa illa die eum amplius interrogare
Sanctificavit moyses altare duo offerens super illud holo-
caustum et immolans victimas fecit sacrificium vespertinum in odo-
rem suavitatis domino deo in conspectu filiorum israel Gra
tias qui nos per huius sacrificii veneranda commu-
nione diuinitatis participes effecisti pre-
cibus ut sicut tuam cognoscimus veritatem sic tam
digni mereamur et moribus assequamur Per Com
Tollite hostias et introite in atria eius adorate dominum in aula
sancta eius Compl Gratias tibi dne referimus
sacro munere vegetati tuam miseri deprecantes